peramans tuum transmittens amicabile obsequium,
significamus, quod quia V.ra D.natio magnus Legatus
Monarchae Moschoviae optat cessationem in profusione
sanguinis Christiani et plantationem pacis publicae
intendis, grate accipimus corde, et vellemus mittere singu-
lariter ad vestros Congressus Legatos; sed quia praecessit
Legatio n.ra pro Comitijs Coronationis modernae, ideo Craco-
viae speramus vel pacificationem, vel Commissarios de-
putandos; sed quia hac super re nihil habeamus certi
ex duabus Cancellarijs amborum Monarcharum, neque
ab ipsis Monarchis, ideo detinuimus Commissarios nos-
tros non mittendo illos pro vestra Commissione. Res-
pondemus tamen ad epistolam v.ram quod agamur in
desperationem accedendi ad protectiones externas, et
pauca subiungimus. Et primo insollerabili fidei
n.rae Orthodoxae sub regimine Regiae Maiestatis, deni-
que Ruthenae in partem violentia; Inservimus multis
praeiudicatum Iuribus Nationi Ruthenae et Exercitui
Zaporosiensi servientibus, quemadmodum in suppli-
catione pro electione missa expressimus, et fusius suo
tempore diserte exponemus. Ex alia parte inauditum
quid, ut Ukraina nunquam in partes avulsa et scis-
sa, modo vero existat empta et vendita (quod Ante-
cessores non probarent nostri) placet tamen Nobis
quod cesserit pars eius Magno Duci ac Orthodoxo
Monarchae cum omnibus libertatibus, Capitibus
nostris et reliquijs Sanctorum, maneatque divisa
et in mille separata membra (Ukraina eadem)